

eamdemque illorum esse doctrinam. Quod deinde probat ex traditione que in omnibus Ecclesiis ab apostolis fundatis servabatur, penes quas nihil reprehiebatur eorum quae illi haereticci jactabant. Quapropter eos provocat tum ad Scripturas, tum ad traditionem, siquidem ejusdem omnino auctoritatis. En integra s. Irenæi verba, quorum partem detruncavit adversarius, dum ejus nobis objecit auctoritatem: « Cum ex Scripturis arguantur (haereticci), in accusationem convertuntur Scripturarum... Cum autem ad eam iterum traditionem, que est ab apostolis, que per successiones presbyterorum in Ecclesiis custoditur, provocamus eos; adversantur traditioni, dicentes se non solum presbyteris, sed etiam apostolis existentes sapientiores, sinceram invenisse veritatem... Evenit itaque, neque Scripturis jam, neque traditioni consentire eos (Lib. III, cap. II, n. 1. et 2). »

Ex his porro discimus 1. tam catholicos quam haereticos in admittendis Scripturis et traditionibus consensisse; 2. non in eo errasse haereticos quod ad traditionem confugerent, sed quod secretas seu clancularias traditiones obtenderent diversas ab illis quas Ecclesia admitebant universa; 3. s. Irenæum propugnasse existentiam traditionis distinctæ a Scriptura sacra, quippe hereticos et ad Scripturas et ad traditionem provocat; imo et parem in utrisque auctoritate agnoscere cum ex utroque capite illos confundet, ostendatque eos novis suis doctrinis tum Scripturis tum traditioni Ecclesiae adversari. Hoc magis patet ex ratione qua adversus illos disputat. pater; cum enim fusius disserisset cap. III. et seqq. de traditione apostolica, ad Scripturam unde cœperat reversurus, sic caput V. orditur: « Traditione igitur, que est ab apostolis, sic se habente in Ecclesia, et permanente apud nos, revertantur ad eam que est ex Scripturis ostensionem, eorum qui Evangelium conscriperunt apostolorum (n. 1). » Discimus 4. eos, qui ita scriptis patrum abutuntur ad impugnandum traditionem existentiam et auctoritatem, animi candorem hanc præferre, quo tamen maxime opus est ad veritatis inquisitionem. Que cum ita se habeant, ulterius hic insistendum nobis non est ad convellendas adversarii consecutiones, quæ, subruto fundamento, ex se concidunt (1).

Aa 2. D. Si sanctiores et meliores viri illi fuissent post haereticos, seu si haereticos secuti essent in adstruendis traditionibus, vere dolendum esset, C. si secuti sunt bonum patrem ipsum, aliosque ejus predecessores, N. Responsio patet ex hactenus dictis. Etenim adversarius Irenæum vere suggillat, dum affirmat pro certo habere ad omnia Scripturas N. T. solas sufficere; quod est aperte falsum, cum nusp. am id affirmet, ino vero contrarium plane doceat (2).

(1) Cf. Massuet. diss. cit. art. I, n. 6. pag. CIX.
(2) Δεδηλωντες την μακαριστην των πολλων, και τας θυνδαδιματιας, ιτι τον ίε οργης ήμιν παραδεσθέντα λόγον επιστρέψαν. cap. 7. apud Cotel. p. 187.

(3) Exinde dolus manifestus apparet adversarii quem impugnamus.

(4) Epist. ad Magnes. cap. 15. Επουδάετε ούγη βεβαωθήσαι τοις δρόμον τοις Κυρίοι και τον αποστόλον... μητα τοις αἰσχροτοτάτους ἀποκένοις, και ὀξιτόπολοις πνευματικοῦ στρατού τοις φροντιστέοις ίψην. Ibid. pag. 21.

(5) Epist. ad Trall. cap. 7. Φωλάτεοι τοις τούτοις. Τούτο δι τοτε υπερ μη φυσιονομιας, και ούτων σφριστοις θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ και τοῦ μηνόντος, και τῶν διαταγμάτων τῶν ἀποστόλων. Ibid. pag. 21.

(6) Ut in epist. ad Philadelph. cap. 8 et 9. cum not. Vossii. Ibid.

(7) Και λόγον δι εις τούτο παρὰ τῶν ἀποστόλων ἐμάθομεν τούτους, n. 61.

(8) Cf. doctam præfationem Maran, par. II, cap. 15, § 4. n. 1. seqq. pag. 61.

(9) Cf. Acta s. Ignatii apud Ruinart. n. 3, et 6. ed. Veron. 1751. pag. 18 seqq. ubi sermo est de veneratione reliquiarum. s. Martyris.

(10) Cf. Ibid. Acta s. Polycarpi n. 14, pag. 56 seqq. ubi

que protestantes profecto utpote traditionum hostes aversantur.

Quod si Clemens Rom. ad traditionem expresse non appellat, siquidem scopus ac propositum suum id non ferebat (1), factò tamen eam apertissime commendat; nam ipse jugiter provocat Corinthios ad libros deuterono-canonicos tanquam ad Spiritus sancti oracula, uti suo vidimus loco; unde vero istorum librorum divinitatem agnovit nisi ex traditione?

Ad 4. Neg. hanc adversarii conclusionem, utpote quæ falso innitatur principio, falsoque supposito, uti ex allatis documentis luculenter patet. Viguit igitur divina traditio a Scripturis distincta ab apostolis usque ad Christi an. centesimum quinquagesimum, et deinceps, fatente adversario, tertio et quarto seculo, theoretica et practica, eundemque proinde valorem habet ac ipsa habet Scriptura.

Inst. Atqui utriusque, orientalis videlicet et occidentalis Ecclesiae patres et doctores unanimes sunt in rejeciendis traditionibus a Scriptura distinctis. Etenim 1. doctrina erat Ecclesiae, Scripturam omnes fidei articulos continere. Origenes « In hoc biduo, sicut, puto duo testamenta posse intelligi, in quibus licet omne verbum quod ad Deum pertinet (hoc enim est sacrificium) requiri et discuti, atque ex ipsis omnem rerum scientiam capi. Si quid autem superfluerit, quod non divina Scriptura decernat, nullam aliam tertiam Scripturam debere ad auctoritatem scientiae suscipi... sed igni tradamus quod superest, id est, Deo reservemus (2). » Athanasius scribit: « Sanctæ ac divinæ Scripturæ ipsæ per se satis sunt ad veritatem indicandam » (Advers. gent. t. I. op. par. 1). Theophilus Alexandrin. « Ignorans (Origenes) quod daemoniaci spiritus esset instinetus, sophismata humanarum mentium sequi, et aliquid extra Scripturam auctoritatem putare divinum (3). » Cyrus illus Alex. « Quod sacra Scriptura non testatur, quanam ratione admitemus, atque pro veris habebimus (4)? » 2. Eadem erat fides ecclesiarum orientalium. Basilius enim: « Crede, inquit, quæ scripta sunt; quæ non sunt scripta, ne investiga (5); et alibi: « Manifestus a fide lapsus est, ac superbiæ crimen, si quis aut quidquam eorum quæ scripta sunt reprobet, aut aliquid ex iis quæ scriptis mandata non sunt, introducat » (De fide, cap. 1, tom. 11, p. 224). Nyssenus vero: « Cum id nullo Scripturæ testimonio fulsum sit, ut falsum improbabilius (6). » Cyrus illius. « Oportet, inquit, circa divina et sancta fidei mysteria ne minimum quidem absque divina Scri-

ptura tradiri (Cat. IV, § 56. edit. Hilles); » Chrysostomus denique de Scripturis ait: « Tanquam tutum ostium, haereticos ab ingressu arcent, nosque in securitate qua volumus constitutum, nec sinunt errare... Qui enim Scriptura non uitur, sed aliunde ascendit, id est, qui sibi aliam et non statutam viam aperit: hic fur est » (Hom. LIX. al. LVIII. in Joan. tom. VIII, p. 546. ed. Bened.). 3. Eadem erat ecclesiarum occidentalium doctrina, omisso enim Irenæo (1), Tertullianus « Adoro, inquit, Scriptura plenitudinem, quam mihi et factorem manifestat et facta. In Evangelio vero amplius et ministrum atque arbitrum rectoris invenio sermonem. An autem de aliquis subjacenti materia facta sint omnia, nusquam adhuc legi. Scriptum esse doceat Hermogenis officina. Si non est scriptum, timeat vœ illud, adjacentibus aut detrahentibus destinatum » (Advers. Hermog. cap. XXII.) et alibi « Non recipio quod extra Scripturam de tuo profers » (De carne, Christi cap. VII); Ambrosius: « Lego quia primus est, lego quia non est secundus. Illi qui secundum aiunt doceant lectione » (De Instit. Virgin. cap. II, tom. 11, pag. 265). Hieronymus: « Ut hæc quæ scripta sunt non negamus, ita et ea que non sunt scripta renimus. Natum Deum esse de Virgine credimus, quia legimus. Mariam nupsisse post partum, non credimus, quia non legimus (2); » Augustinus: « Quidquid inde audieritis, hoc vobis bene sapiat: quidquid extra est, respuite » (Sermo de Past. cap. XI, tom. V, p. 258). Supervacaneum foret allegare Clementem Alex., Hippolytum, Cyprianum, Optatum, Hilarym, Vincentium Lirinensem, Anastasium, Prosperum, Theodoreum, Damascenum, Theophylactum, etc. quos collegerunt scriptores nostri (3). 4. Nec solum hæc erat Ecclesiae primitivæ doctrina, sed eminentiorum etiam theologorum mediæ ævi doctrina fuit; doctus Gersonius scribit: « Attendendum in examinatione doctrinarum primo et principaliter, si doctrina sit conformis sacrae Scripturæ... quoniam Scriptura nobis tradita est tanquam regula sufficiens et infallibilis pro regimine totius ecclesiastici corporis et membrorum, usque in finem seculi. Est igitur talis regula vel exemplar, cui se non conformans alia doctrina vel abicienda est, ut haereticalis aut suspecta, aut impertinens ad religionem prorsus est habenda » (De exam. Doctr. part. II, cons. I). Gregorius Arimin. « Constat quia quidlibet tale ut expressum secundum se continetur in S. Scriptura, vel ex contentis in ea deducitur, alioquin non ipsa sufficeret ad nostram salutem et nostræ defensionem fidei, quod est contra Augustinum, (In Sent. Dist. 1, q. 1, art. 11): Scotus: « Patet quod S. Scriptura sufficienter continet doctrinam

(1) Omisimus enim difficultates quas Palmer communes habet cum Shuttleworth, quasque modo excusimus ac dissolvimus.

(2) Advers. Helvid. Op. tom. IV. part. II, pag. 141. ed. Bened.

(3) Scilicet Usserius in Respons. ad Jesuitam, cap. 3, Beveridge de XXXIX. artic.; Tillotson in regulis fidei; Newman, De Romanismo, lect. VIII; Cary testimonia Patrum ad XXXIX. artic. art. VI.

necessariam viatori (Prolegom. I. Sent. q. II. opp. tom. V, p. 1). Idem docent Rupertus Tuitiensis, Occamus, Petrus Alliacus, Waldensis, Odo, Lyranus, etc. (1). Ergo.

Resp. N. Aut. seu min. subs. ad allegatas probations D. Patres adducti rejecerunt 1. aut traditiones ab haereticis confitentes ac fidei Ecclesiae catholicæ adversantes, 2. aut interdum etiam ad hominem argumentum instituentes; 3. aut in particularibus nonnullis controversiis in quibus illis non indigebant traditionibus, C. absolute et in sensu quo nos eas adstruimus. N. Si tres ejusmodi regula præ oculis habeantur, difficile haud erit patrum quæ nobis objiciuntur effata tanquam traditionibus adversaria disjicare. Quod ut clarius pateat, satis est eas singulatim applicare ad illa quæ nobis opponuntur.

Ac 4. Origenes in objecto textu disserit de eo quod Deus nobis non revelavit, ac reservavit sibi, aeoque tertiam Scripturam nos requirere non debere ad curiositatem nostram pascendam de his quæ Deus scire nos noluit (2). Quid hoc commune habet cum traditionibus, quas ipse ubique adstruit adversus haereticos (3)?

2. Athanasius scribit, Scripturas satis esse ad veritatem indicandam de qua agit, ad falsitatem scilicet ac stupiditatem idolatriæ evincendam, ad quod certe traditio opus non est (4). Igitur nec iste ad rem profertur (5).

3. Theophilus insurget adversus Origenem eo quod, iuxta ipsum, Scriptura dimissa, imo contra Scripturam auctoritatem commentum suum effutuerit de cessione regni Christi aliquando futura (6). In quo nihil contra traditionem.

4. Cyrilus Alex. loquitur de fabulo angelorum cum saemini congressu de quo certe Scriptura non loquitur, neque ad hoc commentum refellendum traditione opus est (7).

(1) Ita Palmer, cit. *Tract. de Eccles.* p. 5, cap. I. vol. II. eius testimonii nonnulla alia adhuc adiecimus.

(2) Sic enim prosequitur Origenes post allegata verba: « Neque enim in praesenti vita Deus scire nos omnia volunt, maxime cum et Apostolus dicat: *Quia ex parte scientie, etc.* »

(3) Sunt exemplo quae scribit in lib. *De principiis*. Pref. n. 2. « *Servetur ecclesiastica prædicatio per successionis ordinem ab apostolis tradita, et usque ad præsens in ecclesiis permanens, etc.* » edit. Maur. tom. I, pag. 47.

(4) Insuper et ipse Athanasius, in ipso loco n. b. objecto subdit: « Extant quoque plurimi ea de re a beatis nostris magistris conscripti libri, quos si quis legerit, Scripturam interpretationem quadammodo intelliget, » etc.

(5) Ac proterea applicatur secunda ex traditis regulis. Ceterum s. Athanasius in vita s. Antonii refert et approbat monitum s. abbatis: « Vos itaque puros ab illis (haereticis) custodite, serueteque patrum traditionem, » edit. cit. tom. I. par. II, p. 852. n. 89. Arianus in Niceno concilio traditione damnatos s. Athanasium retulisse paulo ante vidimus.

(6) En Theophili verba que immediate præcedunt: « Evidenter scire non possum, qua temeritate, Origenes tantum confingens, et, non Scripturarum auctoritatem, sed suum errorem sequens, ausus sit cunctis in medium nocturna proferre, etc. » Deinde eundem Origenem arguit quod scripturarum auctoritate misus sit confirmare stoicorum dogma.

(7) Sic enim ibid. scribit s. Cyrillus: « Nugantur autem nonnulli et variis commentis rem involunt, *veri. in libibus*, ut arbitrantur, *rationibus* (non traditione), id quod impossibile est, palliantes. Illos enim daemones in malis sunt, ac per ipsos semina immissa, etc. »

5. Basilius scribit, iis credendum esse quæ scripta sunt, nempe quod « Deus erat Verbum, » quibus exploduntur quæ calumniatores de suo, quodque scriptum non reperitur, obtradebant: *non erat, et non Deus*; in quibus Scriptura directe adversabantur (1).

Rursum seicitur quid hoc cum traditione? In altero vero loco agendi rationem haereticorum arguit Basilius, qui pro libitu Scriptura aut detrahebant aut adjiciebant ad falsas suas sententias adstruendas, prout et haeretici hodierni facere conuerterunt (2).

6. Nyssenus eos improbat qui verba Genes. IX. *Venite, descendamus et confundamus linguas eorum* ad Angelos a Deo dicta autemabant; quod cum Scriptura non dicat, merito a Nysseno rejicitur (3).

7. Cyrillus Hierosolym. illa habet per oppositionem, ut ibidem subdit, ad *disputationem commentitiam*, non autem ad traditionem, quam aeriter proponit (4).

8. Joannes Chrysost. de illis loquitur qui aut Scripturam respuebant aut illa abutebantur uti antichristi et haeretici (5). Scripturæ errare nos minime sinunt sub Ecclesia magisterio.

9. Tertullianus adorat *Scripturæ plenitudinem* in quæstione adversus Hermogenem de rerum creatione ex nihilo. In altero autem loco rejicit quod de suo seu ex proprio penu Marcion adjiciebat. Ceterum nemo forsan validius Tertulliano traditiones adversus haereticos protinet (Cf. P. La-Cerda in *objecta Tertulliani loca*).

10. Ambrosius legit in Scripturis Christum esse altitudinem divitiarum sapientiae et scientiae Dei, non legit autem secundum, inhiandum nempe esse hujus seculi divitiis cum salutis propriae dispendio (6). Adversarius autem noster hoc *secundum* intelligit de traditione. Judgeat lector de bona illius fidei.

(1)

Addendum, hanc homiliam a Maurinis editoribus rejectam esse in *appendicem*, seu inter opera quæ *falso* s. Basilio adscripta sunt. Quod profecto Palmer ignorare non poterat; attamen velut genuinum s. patris factum nobis obtrudit.

(2) Quinimo profitetur sibi hic proposuisse s. Basilio solis Scripturarum verbis expondere idem de qua agit; n. 5. inculcat in fidei negotio recedendum hanc esse a *secundum traditione et instituti*.

(3) Ita enim legitur loc. cit. « Quod si Angelos ministros allocutus responderet, sive omnes, quod absurdum est, sive paucos dixerit, cum id nullo Scriptura etc. » Prostat porro hoc opus Euthymii etiam in *Liberib. Patr.* edit. Lugd. 1677. tom. XIX, pag. 49.

(4) Satis est legere contextum ut germana s. Cyrrilli mens apparet. Ceterum cum haereticus calvinianus Riveetus haec ipsa objicerit ex s. Cyrrillo, que objicit iterum hic Palmer ad adstruendam *Scripturæ sufficientiam*, et, quæ copiose et eruditè ac Rivetum refellendum habet. Toutteus in discepto III. *De doctrina s. Cyrrilli*, cap. 45., n. 10. seqq. *De adjungenda Scripturæ traditionis et Ecclesiæ auctoritate*. Hac fortasse de causa Palmer prudenter non allegat editionem Benedictinam.

(5) Paulo ante in eodem num. s. Joan. Chrysostomus significat quinam sint qui non utantur Scripturis, seu non ingrediantur per ostium, sed fures sint ac latrones, scribens: « Hic porro et qui fuerint, et qui futuri erant, indicat (Christus), Antichristum, falsos Christos, Judam et Theudam, et alios hujusmodi. » Quid senserit Chrysostomus de traditionibus, paulo ante diximus.

(6) Etenim s. Ambrosius n. 70. cum attulisset ex *Eccles.* IV. *Cuius oculus non satiatur divitiis*, haec applicavit Christo in quo est altitude divitiarum sapientiae et scientiae Dei etc. et affirmavit Christo adherendum esse, non seculi divitiis inhaerendum.

11. Hieronymus jure merito respuit Helvidii blasphemiam de Mariae nuptiis post partum, cum hoc neque Scriptura, neque traditionis auctoritati inmixtus nebulo ille, sed cerebro suo gratis effutierit.

12. Augustinus jubet respuere quidquid extra Scripturam est, id est quidquid Scriptura refragetur provenit ex illis fontibus ex quibus, ut ipse loquitur, manaverunt rivi prædicationis evangelicæ, cum in omnem terram exivit sonus eorum (1).

Certe post hæc supervacaneum est alios adducere veluti traditionibus dogmaticis adversantes, quoniam ad canones superius constitutos si redigantur illorum dicta, eadem ratione dissolvantur, prout præstum jamdiu a catholicis est adversus illos qui traditiones impugnarent quique laudantur ab adversario nostro (2).

Ad 4. N. Etenim Gersonius nihil aliud sibi vult in objecto loco quam doctrinas aut revelationes privatas ad Scripturas exigendas esse, ut ex illarum conformitate aut diffirmitate cum Scripturis cuius veræ admittantur, aut uti suspectæ, falsæ aut erroneæ respuantur, cum Scriptura sufficiens ac infallibilis regularitatem, quatenus aut mediate aut immediate veritas continet omnes. Hanc esse ejus mentem tum ex orationis serie patet, tum ex apertis ejus verbis quibus traditionem divinam ac dogmaticam a Scripturis distinctam ipsis commendat (3).

Gregorius porro Ariminensis catenus contendit in Scriptura aut formaliter, sive expresse veritates ad salutem necessarias contineri, aut ex ea mediate deduci, quatenus humanas excludit ratiocinationes, quæ

(1) Opponit præterea s. doctor pastores bonos, id est, qui non solum bene docent, sed faciunt præterea quæ docent, malis pastoribus qui dicunt et non faciunt, seu male operantur; adhortatur propterea oves ne sintur se a malis istis pastoribus decipi, imitantes mala ipsorum opera, sed attendant ad ipsorum dicta, imo et ad Scripturarum doctrinam, in qua inventum nihil venenosum, nihil alienum, at uberrima pœna. Itaque in objectis verbis non opponi Scripturam traditionem, sed malis pastoribus operibus. En novum specimen sincere fidei adversarii nostri.

(2) Cf. propter adversus illos quos Palmer recentiset, si Newman excipias qui nihil novi in hoc argumento protulit. Walemburgicos in cit. tractatu *ne testimoniis seu de traditionibus*, ubi singula ab haereticis allata patrum testimonia accurate expendunt; necnon Touteum in ed. opp. s. Cyrrilli, Maran in pref. opp. s. Justini, Gretzermum in Tract. *De questione, unde scis hunc vel illum esse sincerum et legitimum scripturæ sensum?* cap. 3. tum in *Examine tertie disputationis rappicæ de sac. scriptura sufficientia*, tum denique in opere *Trophæum Pappicum constat quinquaginta axiomatis*, quorum pleraque sunt mendacia: quibus post verba D. Augustini subiunguntur alia mendacia, ut *principium respondet fini*. Opp. cit. edit. tom. VIII. In his porro auctoribus competet Palmer omnia fuisse preoccupata, ac soluta, que a suis auctoribus adversus traditionem prolatæ sunt.

(3) Sane in *declaratione veritatum*, quæ in ed. Du-pini inventur immediate post Tract. *De examine doctrinarum*, in grade secundo pag. 22, hoc scribit Gersonius: « Secundus gradus est veritatum ab Ecclesia determinatum, quæ ab indubitate relatione apostolorum per successiones continuam devenerunt. Est autem hæc Ecclesiæ auctoritas tanta ut diceret Augustinus: *Evangelio non credem, etc.* Quanquam vetissim dici possit, Ecclesia non crederem, si non auctoritas Scripturæ impelleret. Et ita diversæ respectibus auctoritas utraque mutuo se confirmat. » Cf. præterea in *propositionibus de sensu literali sac. scripture*, ibid. pag. 2, ubi scribit: « Quod Evangelium Marci sit Evangelium Christi plus quam Evangelium s. Thomæ vel Nicodemi, credimus ex traditione Ecclesiæ. » Et alibi passim eadem inculcat.

non innituntur revelationi, sed solius rationis principiis, atque has veritates solius rationis ope deductas non theologicæ, sed philosophice tantum probari affirmat, nimurum ad philosophiam, non autem ad theologiam spectare (1).

Scotus pariter affimat, quod et nos dicimus, veritates omnes ad salutem viatori necessarias in Scripturis contineri vel mediate vel immediate, quia illæ veritates, quæ expresse in Scripturis non habentur, continentur in traditione, ad quam Scripturæ nos remittunt. Sane Scotus alibi scribit plures fidei veritates haberi quæ per solam traditionem ad nos pervenerunt (2).

Eodem sensu Rupertus Tuitiensis, Occamus, Camerancensis, Waldensis, Lyranus aliisque locuti sunt, quorum testimonia cum adversariis singillatim non allegaverit, ideo ab iis expendendis supersedemus. Ex analogia enim in eamdem plane conclusionem deducimur.

Ex his specimen datur sollicitudinis adversarium Ecclesiae catholicæ in corrogandis nonnullis patrum effatis a contextu divulgatis, ut sibi blandiantur atque alii illudant, cum persuadere nituntur patres divinarum traditionum auctoritatem non admissemus; dum eas in suis operibus ubique apertissime adstruunt pugnantes adversus haereticos, quos etiam perpetuo provocant ad doctrinam in Ecclesia universa receptam, quæ cum traditione, ut inferioris dicimus, identificatur. Animadvertisimus præterea, patres ex quibus hæc objecta sunt, eos ipsos esse de quibus latetur Shuttleworth, in *praxi saltem, traditionem admisisse*, quasi nempe penes illos praxis a fide discrepasse.

DIFICULTATES. *Ex natura et incommode traditionis.*

I. Obj. Dato etiam, non omnia quæ apostoli prædicarunt scriptis esse consignata, non aliud sequitur, quam revelationem divine voluntatis ad nos minime pervenisse. Stultum quippe est sibi persuadere inter-

(1) Hic est scopus totius articuli secundi quem sic resolvit: « Respondeo quod discursus proprie theologicus est qui constat ex dictis sive propositionibus in sacra Scriptura contentis, vel ex his que deducuntur ex eis, vel saltem ex altera hujus. » Itaque, ut patet, Gregorius Arim. non contradistinxit Scripturam a traditione, sed ab humana ratione, aliquo ut ibidem docet, theologia non esset scientia divina, sed humana. Et sane nemo fortasse ex veteribus scholasticis magis urget s. Augustini auctoritatem quam Gregorius.

(2) Etenim lib. I., dist. XI., q. 1. edit. Antwerp., 1620. tom. I., pag. 210. hoc scribit, quæ si vidisset Palmer nunquam auctoritatem Scoti nobis objecisset: « Dico quod Christum descendisse ad inferna, non docetur in Evangelio: et tamen tenendum est sicut articulus fidei, quia ponitur in symbolo apostolorum; ita multa alia de sacramentis Ecclesiæ non sunt expressa in Evangelio, et tamen

Ecclæ tenet illa esse tradita certitudinatibz ab apostolis, et periculoso esset errare circa illa, quæ non tantum ab apostolis descendunt per scripta, sed etiam, quæ per consuetudinem universalis Ecclesiæ tenenda sunt. . . Multa igitur docuit eos Spiritus s., quæ non sunt scripta in Evangelio, et illa multa quædam per scripturam, quædam per consuetudinem tradiderunt. Hæc pauca verba totum labefactant Palmerii systema. Oh! quam melius scriptor iste ingenium et cognitio quibus pollet consecrasset foventis unioni inter Ecclesiam anglo-catholicam, ut ipse vocal, et Ecclesiam vere et unice catholicam, nempe Romanam. Meliorem profecto exitum habuissent ejus labores, contra vero, ut ceteris acatholicis omnibus iam contigit, oleum et operam perdidit in hac Ecclesia oppugnanda.

meratam ad nos usque ejusmodi revelationem traditione orali pervenisse tot inter haereses, quae decem et octo seculorum tractu exortae sunt. Sane medio aeo, atque aetate praesertim Innocentii III et Alexandri IV, quis sibi persuadeat puras Ecclesiae traditiones viguisse (1)? Ubinam igitur in tanta corruptionum et obscuritatum foeditate, in qua Europa jacebat universa, verus servabatur christianismus? Profecto in Scripturis, et in Scripturis tantum (2). Igitur restat ut alterutrum fateamur, aut ab initio revelationem Scripturæ quidem et traditionem consignata fuisse, atque hac traditione medio aeo deperdita revelationem nonnisi in Scriptura sola superfuisse, aut Novum Testamentum integrum esse, plenam ac sufficientem Dei voluntatis manifestacionem, fideique summarium. Posterius vero hoc longe verisimilius videtur; nam ut *merae orales communicationes* verbo Dei scripto aquari possint, necesse est validioribus quo fieri potest externis testibus eas adstrui, quod tamen incredibile est, attenta doctrinalium traditionum natura, quae de ore in os progredientes iis modificationibus subjiciuntur, quas ex hominum ideis ac locutionibus subeant oportet. Ecquis unquam has appellaverit revelationem (3)? Quidquid pro traditionibus assertur in questionem venit. Non aliunde suam haec originem traxit persuasio, quam ab inanibus timoribus conceptis ex desiderio favorem divinum obtinendi, cuius intentiones postea ab antiquitate consecratae sunt. Ceterum nihil aliud traditions sunt præterquam *practice aberrations* a puritate et integritate doctrinarum christianarum, que labente tempore incrementum accipientes constituerunt *papismum in deteriori tenebrisiori forme* (4). Ergo.

Resp. Neg. illud consequi quod adversarius autem. Posito enim quod Christus revelationem suam ad homines transmittere decreverit partim scriptis, partim viva voce, ipsius jam erat eam incorruptam servare, tum scilicet eam partem quam scriptis committi voluit, tum eam quam voluit ore tenus propagari. Deo enim alterum altero difficultius non est. Fatetur sane adversarius Dei prodigo factum esse, ut Scri-

(1) Ita Shuttleworth, op. cit. p. 51. seqq. quibus jam premiserat et ipse, ut factum vidimus a Palmerio, quod si Scriptura non omnia ad salutem necessaria contineret, foret ipsa *incompleta* et indigeret *supplementum*, quasi nempe Evangelium Matthæi fuerit *incompletum*, eo quod non omnia scripsi, que postea scripserunt Marcus et Lucas; aut istorum pariter evangelia essent *incompleta* eo quod litteris non consignaverint, que postea consignavit Joannes, et ita porro. Deinde recurrat et ipse ad loca communia, nempe ad abusum indulgentiarum, ad credulitatem universæ Europæ medio aeo, etc., etc.

(2) Ibid. p. 58. Ex quo infert vivificationem christianismi acceptam referri debere *Reformationem*, protestantiumque adhesionem iis que scripta invenerunt, ac profectum modernum scientiae theologicae. Infelix homo! Interrogat Damnum, Semlerum, Tellerum, Eichornium, Bauerum, Woltmannum, Paulus, Straussum aliquosque pene innumeros reformationis sectatores, quid demum factum sit de Scripturis et revelatione in reformatione. Verum de hoc argumento ex professo agemus in parte III, ubi etiam expendemus quod hic assurde de profectu moderno scientiae theologicae.

(3) Ibid. p. 57. Et hic amare queritur, quod hanc assertione audiverit in ambitu ipso ecclesiæ sua (*anglocatholica*)!

(4) Ibid. pag. 59. 40.

pturæ saerae integræ conservarentur; cur igitur effere Deus nequiverit, ut integræ pariter servarentur traditiones (1)?

Verum cum tota difficultas ex præpostera oriatur traditionis notione, hac depurgata, difficultas evanescit. Existimat porro adversarius traditionis nomine nos quasdam significare, ut ita loquar, verborum formulas, que alicui individuo primum commissæ abeo ad aliud aut alia individua fuerint pariter transmisse, et ita deinceps. Ast in hoc vehementer errat: traditionis sicutdem divine ac dogmaticæ nomine catholici complexum significant illarum veritatum seu doctrina illius que viva voce ab apostolis Christi nomine prædicata est, nec ab auctoribus hagiographis sicut litteris consignata, conservata tamen est vivo Ecclesiæ magisterio cui commissa est. Quapropter non individuis seorsum sumptis, sed Ecclesiæ pastoribus ab apostolis institutis doctrina ejusmodi consignata fuit, seu totius Ecclesiæ corpori, quod, ut suo loco ostendimus, a Christo infallibilitatis atque indefectibilitatis dotem seu prærogativam accepit. Ecclesia autem multiplici ratione, ut paulo post ostendemus, eam conservavit transmisitque ad nos usque, et inde conservabit atque transmittet usque ad seculi consummationem, prout ipsa circa canonicos libros præstet. Hoc solum Scripturam inter et traditionem intercedit discrimen, quod Scripturæ in quibus veritates revelatae continentur sint divinitus inspiratae, saltem quoad res et sententias; traditio, seu verius media per quae veritates pariter revelatae ad nos transmissæ sunt, non item (2). Ex his patet identificari dogmaticas divinas traditiones cum vigenti semper Ecclesiæ universæ doctrina (3). Pro-

(1) Pag. 59. Sed prestat refellere Shuttleworth verbis ipsis auctoris non suspecti, ejusque collegæ, nempe Palmeri, qui in *Tractatu cù. De ecclesia*, vol. II., p. III., cap. 4., pag. 20. seqq. cum sibi proposisset argumentum ex *insufficientia traditionis*, scribit: « Alias opussum fuit traditionem non scriptam obnoxiam esse corruptioni, ac improbabile omnino esse, quod Deus voluerit committere revelationem suam modo adeo incerto transmissionis. » Respondet autem: « Evidem si traditio christiana esset omnia non scripta, id est, si scripta non inspirata non superesset, que sufficienter testentur universaliter christianorum fidem ab aetate apostolica, haud aegre admitti posset, traditionem solam fore probationem incertam doctrinae christianæ. Ast non videtur ullam inventari *impossibilitatem* a natura traditionis, quod aliqua veritates revelatae potuerint illius ope transmitti, divine gratie subsidio. Sane, si nos insistimus incertitudini traditionis in genere, potest id consecutiones parere valde graves, *quoniam authenticitas et genuinitas sac. scripturæ librorum immituntur* (tandem aliquando fatetur) *in gradu haud parum notabilis, testimonio traditionis primitivæ*. Id assurit ab Hookero, Witakero, Lardnero, Paleyo, etc., etc.; et pag. 48. Si testimonium primitivorum doctorum christianorum, in hac acti questione rejicitur, externe probationes christianæ religionis destruantur. »

(2) Etiam Palmer eodem modo hinc objectioni respondet. Etenim pag. 57. scribit: « Nos respondemus omnibus eorum argumentis, haud appellare ad patres veluti ad *scriptores inspiratos*, sed tanquam ad idoneos testes fidei, quan profitentur christiani illorum aetate. » Exinde corruunt ea omnia, que fusori stylo Shuttleworth scribit de patrum erroribus, de differentia inter auctores biblicos et patres, etc., etc. quæ sunt totidem nenia.

(3) Jam opposimus Shuttleworthio verba Palmeri; nunc circa notionem traditionis in sensu catholicorum opponimus eidem verba Newman, qui in op. cit. *Lecciones de Romanismo et Protestantismo*, lect. 1., pag. 6. haec in rem nostram scribit: « Ipsi (Romanistæ) haud Scripturam reji-

pterea eadem ratione qua infallibilitas Ecclesie requiritur ut certi efficiamur certitudine fidei de canone atque inspiratione sanctorum Bibliorum, ita supponi pariter haec infallibilitas debet in conservatione dogmaticæ traditionis, cum totius verbi Dei custos et depositaria a Christo fuerit Ecclesia constituta. Hinc nulla urgeri potest difficultas adversus integratatem divine ejusmodi traditionis quæ intorqueri adversus sanctorum librorum integratatem non possit; nec illa potest assignari ratio quare Ecclesia infallibilis fuerit ac sit in conservando verbo Dei scripto, fallibilis vero haberi debeat in conservando secerendoque verbo Dei tradito. Quacumque se adversarii vertant, nunquam se poterunt ab hoc argumento expedire. Ad utrumque quidem munus divino subdio Ecclesiæ opus est; at illud pollicitus est ei Christus cum dixit discipulis suis: *euntes docete.... Ecce ego vobiscum sumi* (docentibus) usque ad consummationem seculi.

His positis jam sponte sua concidunt quae ab adversario congesta sunt, quin ea singillatim persequamus. Sane hoc ipso quod haereses omnes que octodecim seculorum tractu exortae sunt, fuerint ab Ecclesia catholica damnatae ex hoc solo principio quod doctrinæ sue divinitus accepta adversarentur, liquet quomodo intemperate dogmaticæ traditiones fuerint conservatae.

Quærimus deinde ab adversario, num medio aeo perierit Ecclesia; si id ipse affirmet, quomodo ostendet intemperatus sine Ecclesia conservatas fuisse divinas Scripturas? Ridiculum autem esset asserere conservatum fuisse christianismum sine Ecclesia; quid enim est christianismus nisi Ecclesia a Christo instituta? num christianismus in charta et in papyro consistit?

Itaque neutra periit, neque Scriptura sacra, neque dogmatica traditio: et ideo utraque conservata est, quia nunquam Ecclesia juxta aeternas Christi promissiones defecit. Quibus autem ineluctabilibus argumentis ostenditur mere *orales communicationes* puras permansisse, iisdem plane demonstratur puras permansisse Scripturas sacras, juxta sensum quem modo exposimus, non autem juxta adversarii figuram de natura doctrinarum traditionalium humanarum. Quod si ex ab ideo locutionibusque hominum patiuntur modifications, haec non attingunt veritates ipsas traditionales, sed modum eas exprimendi, seu formas, ut vocant, pro veritatum ipsarum evolutione (Cf. Moehler, *Symbolique*, tom. II, § XL).

cium, imo forte *magis ei addicti sunt, quam quilibet protestans*; ast tenent ipsam minime solum esse verbum Dei. Contendunt systema doctrinæ sue descendere perinde ac Scripturam ab apostolis, quoniam si istæ amitterentur, noui idecreo periret revelatio. Jamvero, ad refellendos Romanistas opus est eos probe intelligere. Traditionis nomine, ijsi significant universum fidei sistema, ac regulas quas receperunt a generatione precedente, haec vero ab altera et ita porro. Ejusmodi traditiones in rerum temporalium negotio existunt profecto; hoc sensu traditio est mos seu consuetudo uniformis. Hinc cum Romanenses assertur se traditione adhaerere, significant se credere, et operari prout christiani semper crediderunt et operati sunt (p. 27. 59).

(1) Atque hinc factum est, ut *Puseyismus* definitus apte fuerit: *Papismus sine Papa. Ephem. Union catholique*, 1^{er} decembre 1841.

(2) Recolantur quæ scripsimus in parte hujus tractatus prima sect. 2, cap. 1, prop. 1, 2 et 3. et iterum cap. 2, prop. 1, 2 et 3.

testimoniis, et ex aliis mediis ad nos pervenit nobis que innoscet.

Ad 2. D. Cui criticismi defectui, si quis fuit, alii suppleri mediis potest, *C.* suppleri nequit *N.* Etsi enim daremus adversario nonnullos patres hoc defec-*tum laborasse*, perperam inde concludit haud potuisse ipsoe puram ad nos traditionem transmittere; ad hoc quippe efficiendum magna criticismi dote opus non est. Satis nobis est ut ii patefaciant doctrinam quae circa peculiarem aliquem articulom sua aetate in Ecclesia obtinebat. Verum etiamsi in hoc decipi seorsum sumpti potuissent, abunde illorum deceptioni alii mediis suppletur. Quando patres aliqui interdum allegant nonnulla apocrypha scripta, propriam opinionem manifestant, non autem sensum Ecclesiae. Ino ex hoc perspicuum fit Ecclesiae doctrinam minime a privati cuiusque individui pendere sententia.

Ad 3. D. Innovationes ex mente adversarii patrum aetate introduci coepserunt, *C.* in se *N.* Quas adversarius innovationes vocat, quaeque IV. potissimum et V. seculo incrementum accepserunt, totidem fidei dogmata sunt, aut Ecclesiae doctrina, cuius longe anteriora his seenlis documenta prostant. Ut enim monasticum omittamus institutum, quod ad disciplinam tantum spectat, saeficii aperta mentio occurrit apud apostolicos patres et apud Irenaeum, qui testatur in Ecclesia illud obtinuisse per universum terrarum orbem ipso fatente Gratio, ut suo loco ostendimus (1). Sic adorationis, id est *venerationis* reliquiarum mentio habetur in actis ss. Ignatii et Polycarpi (2), exorcismorum usum ab antiquissima aetate repetit s. Augustinus (3). Parum igitur *criticum* se prodat adversarius, dum obtrudit ut innovationes IV. aut V. seculi doctrinae articulos qui ab aetate ipsa apostolica obtinebant. Ex hoc vero colligimus catholicam Ecclesiam his seculis integrum christianismum, seu plenam christianam doctrinam tenuisse, prout et eam adhuc retinet, retinebitque in seculi finem; protestantismum autem cum sua negativa natura vix christianismi larvam et umbram retinere.

Ad 4. D. Si Vincentianus canon positive intelligatur, *Tr.* si negative *N.* Suo enim loco ostendimus hunc et non alium sensum esse objecti canonis, nempe illud quidem esse catholicum quod semper, quod ubique, quod ab omnibus retentum est; ast non e converso, ita ut nihil admitti debeat uti fide dogma Ecclesiae catholicæ, quod nec semper nec ubique, neque ab omnibus fuerit admissum. Hoc illustravimus exemplo petitum ex libris deutero-canonicis, quibus certe hic canon applicari non potest; attamen uti canonice ac divini nunc ab Ecclesia catholicæ habeantur (4).

(1) In tract. *De Euchar.* par. 2, cap. 1, prop. 2, col. 256.

(2) Recolantur quae scriptissimus in tract. *De cultu sanctor.* cap. 4, col. 1194 seqq.

(3) *De nupt. et concupisc.* lib. II, cap. 29, n. 51. *Cont. Iakian.* *Pelag.* lib. VI, cap. 5, n. 41. *Op. Imp. cont. Iustum.* lib. I, cap. 4. et alibi passim.

(4) Cf. quae scriptissimus de hoc Vincentianum efficit in tract. *De vera relig.* part. 2, prop. 5, col. 181. cum nota ap-posita. Quoniam vero adversarius nobis objectit auctorita-

Ad 5 Resp. postremam hanc difficultatem ad receptas protestantium strophas atque calumnias esse referendam. Ecclesia enim romana seu catholica adeo non deprimit Scripturas ut iis in omnibus utatur, easque perpetuo commendet, eas sola integras servaverit, illarum editionem, quoad ejus fieri poterat, absolutissimam ediderit, damnaveritque protestantes eas mutilare volentes. Verum non est cur putida habe prolixius perseguamur (1). Illud duntaxat animadvertisimus, adversarius inconstantiam suam patefecere, dum agnoscit erga antiquitatem profundum esse reverentia et grati animi sensum, cum tamen iuxta ipsum antiquitas in causa extiterit errorum omnium tenebricosi papismi. Quomodo haec inter se componantur, ipse viderit.

tem Vincentii Lirinensis ut solam Scripturam veluti credendorum adequatam regulam constitutam, licet nobis etiam proferre Vincentii verba quibus adversarius obtrudit. Sic igitur in cit. *Commonitorio*, cap. 25. scribit: « Heie fortasse aliquis interroget, an ei haereticus divinae Scripturæ testimoniis utantur? Utunt plane, et vehementer quidem. Nam videoe eos volare per singula quaque sancte legis volumina, per Moysis, per Regum libros, per psalmos, per apostolos, per evangeliis, per prophetas. Sive enim apud suos, sive alienos, sive privatum, sive publice, sive in sermonibus, sive in libris, sive in conviviis, sive in plateis, nihil unquam pene de suo proferunt quod non etiam Scripturæ verbis adunbrare conentur... Cum coepserint divinas illas voces non jam proferre tantum, sed etiam interpretari, tunc amaritudine illa, tunc acerbitas, tunc rabbies intelligetur, tunc novitium virus exhalabitur; tunc primus scudi sepe videas, tunc transferri patrum terminos; tunc catholicam fidem cedi, tunc ecclesiasticum dogma lacerari... Nam sicut tunc caput (Diabolus) capit (Christo), ita nunc quoque membra membris loquuntur, membra scilicet diaboli membris Christi, perfili fidelibus, sacrilegi religiosis, haeretici postremo catholicis. Sed quid tandem dicunt? Si, inquit, filius Dei es, mitte te deorsum; hoc est: si filius esse vis Dei et haereditatem regni ecclesiæ accipere, mitte te deorsum; id est ex iustis te sublimis Ecclesiae, que etiam templum Dei putatur, *doctrina et traditione dimitte*. Ac si quis interroget quempiam haereticorum sibi talia persudentem: Unde probas, unde doceas, quod Ecclesia catholicæ *universalem et antiquam fidem* dimittere debeam, statim ille: *Scriptum est enim*. Et continuo mille testimonia, mille exempla, mille auctoritates parat de lege, de psalmis, de apostolis, de prophetis, quibus novo et malo modo interpretatis, ex arce catholicæ in haereses barathrum infelix anima praecipitur. » Totum describi debet, si omnia quæ pulcherrime habet Vincentius de necessitate adhaerendi catholicæ Ecclesiae traditioni et doctrinae, afferre quis vellet.

Heic vero omittere non possumus recens opus a Newman editum sub titulo *The Church of the Fathers*, seu *Ecclesia patrum*, Londin. 1840, in quo cum plurima de traditionis auctoritate habet tum præsertim integrum caput X. de Vincentio Lirinensi, ejusque circa traditionem doctrina pag. 163-196. Proclamat porro Newman eo loci catholicæ traditionem « fuisse revera fundamentum super quo antiquis temporibus servatum fuit strictum orthodoxie depositum », pag. 174. Idque exemplis Ambrosii, Gregorii Nazianz., Athanasi, Hilari, ceterorum patrum confirmata, sed præsertim testimonio Lirinensis, cuius per claras paginas verba luculentissima proferit, ac summis laudibus extollit. Sed haec nimis jam sunt ad manus Shuttleworthii ictus revertendos.

(1) Discrimin ingens inter *venerationem* quam quovis tempore catholicæ erga Scripturam sacram professi sunt, et sentiunt rationem seu potius contemptum quem pariter quovis tempore circa eamdem haereticum tenuerunt, fuse per sequitur doctus P. Cherubinius a.s. Joseph in *Dissertat. proœmiali* sui *Apparatus biblici. Digressio secunda in qua agitur de ignorantia Scripturæ quam catholicis objicere solent haereticis nostri*, sec. I seqq. et art. 12. *Haereticorum contemptus circa sac. Scripturam.* Incipit porro a Simone mago, omnium haereticorum parente, et prolatis semper documentis rem continenter ducit ad Lutherum, Calvinum atque utrinque assecras usque ad aetatem suam. Caput porro esset hoc argumentum magni supplementi. Cf. tom. I, pag. 123 seqq. et pag. 229 seqq.

Dices: Saltem in dubio de vero Scripturarum sensu, satis erit confugere ad *analogiam fidei*, quin necesse sit ad traditionem recurrere.

R. D. Quando fides certo sancta est a legitima Ecclesiae auctoritate, *Tr.* vel *C.* quamdiu ista incerta est ac fluctuat *N.* Catholicæ non abnuunt confugere ad analogiam fidei, cum de obscuro aliquo agitur Scripturæ textu, ad eum nempe exponentum juxta certam normam illam quam ab Ecclesiae habent auctoritate. Verum protestantes ad illam se recipere non possunt, tum quia *I.* nunquam inter eos convenit de communis aliqua fidei professione, neque ex eorum principio convenire unquam poterunt; tum quia *2.* secta qualibet ad fidem illam peculiarem confugere quam sectatur, adeoque anabaptistæ, e.g., sociniani, methodistæ, quakeri, etc. ex hoc principio Scripturas exponerent cohærenter ad suos errores; tum denique *3.* quia nec individua singula protestantium semper consistunt in eadem fidei professione, cum hodie abjiciant quod hesterna die fide tenuerunt. Ita enim necessario fert indoles negativa protestantismi (1).

CAPUT II. *De mediis generalibus quibus transmissa est primitiva dogmatica traditio, quibusque tuto cognosci potest.*

Jam ab ipso hujus sectionis initio animadvertisimus haud esse permiscendam traditionem dogmaticam de qua agimus, seu potius hujusmodi traditionis objectionem cum mediis per que istud ad nos pervenit, aut quibus pervaenit nobis innoscet. Fieri enim potest, ut traditio quidem viva voce transmissa fuerit, nec tamen integra ad nos usque promanaverit, pluribus saltim erroribus commissa, ut re ipsa traditionis osores affirmant, quod paulo ante vidimus. Operè premitum exigit ut postremum hoc effugium adversarii eripiamus.

Jamvero inter haec media alia sunt generalia, alia vero particularia, seu quæ peculiaribus documentis ostendunt quid Ecclesia quovis tempore crediderit. De prioribus in hoc capite, de posterioribus in inequenti agemus.

Inter media quæ generalia nuncupavimus, publicum ac perenne Ecclesiae magisterium recensemus, acta conciliorum præseritum ecumenicorum, acta item martyrum, sacram liturgiam, Ecclesiae proxim in sacramentorum administratione atque in cultu religioso, neconon scripta patrum, deinde vero scholasticorum antiquiorum, recentiorumque theologorum doctrinam, insuper ipsorum haereticorum, historiam denique ecclesiasticam. Unumquodque ex enumeratis

(1) In quo protestantes plane cum antiquis illis haereticis conveniunt de quibus sic scribit s. Ireneus cont. haeres. lib. V, cap. 20. « Et Ecclesia quidem prædictio vera et firma, apud quam una et eadem salutis via in universo mundo ostenditur... Qui relinquunt præceptum Ecclesie, imperium sanctorum presbyterorum argunt... Tales sunt autem omnes haereticæ, qui se plus aliquid preter veritatem invente putant; sequentes ea, quæ predicta sunt, varie, et multiformiter, et imbecille facientes iter, « de hisdem non semper easdem sententias habentes, velut eæcī a cœcis circumducuntur. » Ita bonus Pater

mediis scorsum etiam spectatum magnam protecti-
vum habet, ac ineluctabile prorsus theologo suppeditat argumentum ad novatores proligandos: simul vero sumpta ad instar fluminis exundantis invadunt ac dejiciunt vel invitum et reluctantem animum.

Quoniam vero fieri nequit, ut in tractationis scholastice angustiis pro rei gravitate de singulis latenter disseramus, satis nobis erit primoribus saltem, ut ita dicam, labii ea delibare, quanti scilicet opus est theologie candidatis, ut agnoscant in quibus postea se exerceant, si optatam velint metam attingere fidei catholicæ hostes impugnando. Distinctis igitur paragraphis liberiorique methode singula recensita media breviter percurremus, apposita interserentes mox, quæ præ oculis in eorumdem usu habenda sunt.

§ I. *De Ecclesiae magisterio.*—Christus Dominus, ut saepe annotavimus, integrum fidei depositum contulit Ecclesie in apostolis eorumque legitimis successoriis sub Petri ejusque successorum primatu, ipsoque mandavit, ut omnes sive convertes, sive ad fidem conversas gentes docerent, pollicitusque est se *ii.* seu unicæ Ecclesiae sue in hoc ministerio usque in seculi finem assuturum. Ex illo sane tempore nunquam Ecclesia destitut ab hoc ministerio obeundo sive quoad gentes nondum ad fidem conversas, sive quoad eas quas jam in sinum suum ipsa cooptaverat. Licet porro aliqua, aut si magis lubet, magna etiam doctrinæ pars, que primum viva solummodo voce annunciata fuerat, successu temporis, data occasione atque Spiritu s. inspirante, ab apostolis nonnullisque eorum discipulis scripta consignata sit; præterquam quod, ut suo loco ostendimus, haec quoque ipsa scripta quoad nos Ecclesiae suffragio indigebant, ut tanquam canonica et inspirata vim obtinerent, non tamen cessavit Ecclesia prædicatio, et magisterium ideo quod nullum ex iis scriptis capere detrimentum potuit. Imo scriptum hoc verbum vitam, ut ita loquar, a jugi Ecclesiae magisterio ac viva voce obtinuit et obtinet; ab hoc ejus sensus determinatur, et ab hoc compleetur quoad ea quæ litteris mandata non sunt.

Quo sit ut *I.* haec instrumenta solum vim habent in Ecclesia a Christo instituta, seu in sola Ecclesia catholicæ, que scilicet in legitima illorum possessione est, a qua haereticæ penitus exciderunt. Haereticæ, sectarii omnes, seu acatholici non habent nisi litteram quæ occidit, non autem spiritum qui vivificat. Quo argumento jam aetate sua Tertullianus vehementer haereticos exagitabat omnes, et est prorsus invictum (1).

(1) En Tertulliani verba quibus apprime quæ constitutus confirmantur: « Ergo non ad Scripturas provocandum est: nec in his constitutendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria est, aut par incertæ... Ordo rerum desiderabat illud prius proponi, quod nunc solum disputandum est. Quibus competat fides ipsa: Cujus sunt Scripturae: A quo et per quos, et quando, et quibus sit tradita disciplina, quæ sunt christiani; ubi enim apparuerit esse veritatem et disciplina et fides christiana, illæ erit veritas Scripturarum et expositionum, et omnium traditionum christianarum. Christus Jesus Dominus noster, permittat dicere interim, quisquis est, cujuscumque Dei filius, cujuscumque materie homo et Deus, cujuscumque fidei præce-